



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Davidis exemplum 2. Sam. 15. 30.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**



II. Calceos etiam videmus Hebræos neglexisse, & nudis pedibus ivisse, cum aut Rempublicam gravior quædam calamitas opprimeret, aut ereptos sibi charos lugerent. Illustre est Davidis exemplum, qui in magno mærore fugiens arma filii Absalomi, *ascendit per montem olivarum, flens, capite operto, & ꝑꝑ discalceatus*. Scilicet Hierosolyma pulsus à rebeli filio, cum signis variis dolorem animi ex prisco more indicaret, etiam ꝑꝑ *discalceatus* fuit, licet per viam arduam & asperâ se reciperet in desertum. Huic puto omnino *geminum*, quod apud *Florum ob cap. 13.* imminens à Gallis periculum *Virgines simul ex sacerdotio Vestæ, nudo pede fugientia sacra comitantur*. Equidem scio viros longe eruditissimos *Isaacum Casaubonum, Beneditum Balduinum, Iohannem Braunium & complures alios ad religionem referre nudos Vestalium pedes, & ex hoc loco colligere Virgines Vestales, nudis pedibus sacrificasse. Hoc utique certum haberemus, si aliunde constaret nudis pedibus Vestales Virgines sacra*

2. Sam. 15.  
30.

Flor. lib. 1.  
cap. 13.

Casaub. ad  
Suet. Aug.  
cap. 101.  
Bald. de  
Calc. Ant.  
cap. 23.  
Braun. de  
Vest. Sac.  
pag. 64.  
Choul. de  
la relig. des  
Anciens  
Rom.  
pag. 217.

Equidem scio viros longe eruditissimos Isaacum Casaubonum, Beneditum Balduinum, Iohannem Braunium & complures alios ad religionem referre nudos Vestalium pedes, & ex hoc loco colligere Virgines Vestales, nudis pedibus sacrificasse. Hoc utique certum haberemus, si aliunde constaret nudis pedibus Vestales Virgines sacra